



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

3. Excommunicationes non facilè decernantur, & concedantur, sed ex grauioribus causis, & magna circumspectione, vt ibi. Excommunicati si per annum non resipiscuntur, de hæresi suspecti teneantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Apostolica edere, aut quicquam quocunque nomine, citam sub praetextu maioris Decretorum corroborationis, aut executionis, aliove quaesito colore statueret, de qua meminerunt Henriquez in summa lib. 7. de Indulgent. capitul. 29. §. 4. Soar. tomo 5. de censuris, disputatione 23. sect. 3. numero 12. Fr. Emmanuel quaestione regular. tomo 1. quaestione 11. articulo 3. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. parte 2. capitul. 9. numero 33. Bonacina de legib. disputatione 1. quaestione 1. puncto 8. Fr. Ludovic. Miranda in Manual. Pralator. tomo 2. quaestione 26. articulo 11. Valgr. Reginald. in praxi fori pontif. libro 20. numero 53. in fine, vbi dicit in dicta Constit. non esse sermonem de interpretationibus, quae in scholis fiunt docendo, optime Homobon. de Bonis de examine ecclesiastico tract. 11. cap. 12. quaest. 27.

resol. 1. pag. 309. vbi dicit illam constitutionem intelligendam esse de interpretatione hominis captiosa.

In casu enim quo iura disponunt non decere pro iuris declaratione ad Papam recurrere, respondit sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium pro dubijs Concil. Trid. praepositorum, prouidonei testes nobis sunt, Nicol. Gare. de benef. part. 3. cap. 2. num. 179. in 24. declarat. & Amendar. in addit. ad recopil. legum Nauarre lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. numero 151. in fine.

Translationes, siue quaecunque versiones sacri Concilij Tridentini de lingua Latina in Gallicam continentur in prohibitione Bullae Pij V. super confirmatione Concilij, Sel. in selectis canonicis cap. 19. num. 51. vbi refert decretum sub die 2. Junij 1629.

Excommunicationes non facile decernantur, & concedantur, sed ex grauioribus causis, & magna circumspectione, ut ibi. Excommunicati si per annum non resipiscuntur, de haeresi suspecti teneantur.

CAPVT III.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Monitoria, quae fiunt ad finem reuelationis non sunt concedenda, quando certa sunt persona.
- 3 Praelati inferiores non possunt monitoria qua fiunt ad finem reuelationis, concedere.
- 4 Monitoriales litterae, etiam lite pendente, absque initio attentatorum concedi possunt ab Episcopo, nisi sit inhibitus.
- 5 Vicarius generalis Episcopi ex officio potest excommunicationem, seu monitoriales litteras decernere.
- 6 Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante monitoria concedere potest.
- 7 Vicarius foraneus monitoria concedere non potest.
- 8 Legatus à latere, & Nuncius Apost. monitoria concedere possunt.
- 9 Praelati ordinarij etiam exempti, & immediate Sedi Apostolicae subiecti monitoria concedere possunt.
- 10 Praelati Regulares Conuentuales monitoria in subditos suos dirigere non possunt.
- 11 Testes laicos ad ferendum testimonium veritatis pro Curia Episcopalis informatione potest Episcopus citare sub poena pecuniaria, & in subsidium excommunicationis.
- 12 Reuelare tenentur scientes non obstante affinitate, nec quod veritas haberi aliter non potest vigore excommunicationis late in litteris monitorialibus Apostolicis.
- 13 Cancellarius pro publicatione, aut monitione significanti, non potest aliquid percipere.
- 14 Excommunicatus ecclesiastica sepultura tradi debet, si in mortis articulo confessionem postulet.
- 15 Monitoria pro qualibet parua re decernenda non sunt.
- 16 Monitoria ad finem reuelationis concedenda sunt illi, cuius interest, & non alijs.
- 17 Monitoria absque petentis interesse concessa sunt reuocanda.
- 18 Monitoria in subsidium concedenda.
- 19 Censurarum remedium hodie est subsidiarium.
- 20 Excommunicatio in subsidium ferenda.
- 21 Concilium in praesenti non imponit formam, sed tantum tradit instructionem.
- 22 Declaratoria concessa diligentijs non premisis nulla non est, sed iniusta.
- 23 Excommunicandi morosum in solutione pensionis quando datur facultas in litteris Apost. non tenentur executor in ferenda sententia excommunicationis seruare formam huius decreti.
- 24 Episcopus debet pecuniarias penas ad pios vsus erogare.
- 25 Pena pecuniaria, quae arbitraria fuerint, locis pijs sunt ab Episcopo omnino applicandae.
- 26 Pena criminales distribuendae locis pijs.
- 27 Pena criminales non debent erogari pro fabricis Ecclesiae cathedralis.
- 28 Episcopus propria ordinaria iurisdictione cognoscit causas etiam contra laicos per honorum apprehensionem, & personarum distractionem.
- 29 Tutius appellantes an prohibeantur per hoc decretum.
- 30 Recursus ad indices laicos prohibiti.
- 31 Salzed. hoc decretum interpretari frustra conatur.
- 32 Gaspar Roderic.
- 33 Infordeſcentia per annum in excommunicatione quando dicatur contracta.
- 34 Doctores de infordeſcentibus per annum in excommunicatione agentes.
- 35 Clericus persistens per annum in excommunicatione lata propter crimen, quod infert penam priuationis, est priuatus ipso iure beneficijs.
- 36 Clericus persistens per annum in excommunicatione pro causa mere ciuili, non est priuatus beneficijs, nec potest priuari per sententiam.
- 37 Annus debet esse continuus vt dicatur contracta infordeſcentia in excommunicatione.
- 38 Suspectus de haeresi reputatur persistens per annum in excommunicatione, tam ex causa criminali, quam ex causa ciuili.

Quamuis^a excommunicationis gladius nerrens sit Ecclesiastica disciplina, & ad continendos in officio populos valde salutaris: sobriè tamen, magnaque circumspèctione exercendus est: cum experientia doceat, si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari: & perniciem potius parere, quàm salutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis, ^a ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus, ^b præterquam ab Episcopo, decernantur: & tunc non aliàs, quàm *per re non vulgari*, causaque diligenter, ^b ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat: ^c nec ad eas concedendas cuiusuis sæcularis etiam Magistratus, auctoritate adducatur, sed totum hoc in eius arbitrio, & conscientia sit positum: quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit. ^e In causis verò iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis, cuiuscumque dignitatis existant, vt quodcumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quàm definiendo, à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto: *sed liceat eis, si expedire videbitur*, in causis ciuilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque etiam laicos, ⁿ per multas pecuniarias, quæ locis pijs, ibi existentibus eo ipso, quòd exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, ^h personarumque distinctionem, per suos proprios, aut alienos executio faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, & causas definire. Quod si executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga iudicem contumacia, ^c tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit: in causis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel personalis vt supra fieri poterit, erit à censuris abstinendum: sed si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit iudici hoc spiritali gladio in delinquentes vti, si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet. ⁱ Ne fas autem sit sæculari cuiilibet magistratui prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet: aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub pretextu, quod contenta in præfenti decreto non sint obseruata, cum non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. ^d Excommunicatus verò quicumque si post legitimas monitiones non respuerit, non solum ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si *in obdurato animo* censuris annexus, ^h in illis ^{*} per annum inforauerit, etiam contra eum, ^u tanquam de hæresi suspectum procedi possit.

^a Cap. dilecto, de sent. excom. in 6. cap. nulli. in princ. 2. q. 1. c. vii. in fin. 16 q. 1. c. corripitur, 26. q. 3.

^b Cap. pifcopi, c. p. inno Episcopum, & c. nullus sacerdotum, 17. q. 3. c. fact. de sent. excom. Conc. Aurel. 4. c. 2.

^c Cap. si qui deinceps, in fin. 17. q. 1.

^d Cap. rogo, cum seq. 11. q. 3. c. nullis, cum seq. cum delictis, & cap. si cœbina, de sent. excom.

1. De excommunicationibus, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis, aut pro deperditis, seu subtractis rebus fieri solent, latè agunt Quarant. in sum. Bullarij, verb. excommunicatio ad finem reuelationis, Lazzar. in special. tract. de monitor. Sbroz. de offic. vicar. part. 2. q. 171. Gutter. canon. lib. 1. c. 11. Henriq. in sum. lib. 12. cap. 18. Marc. Anton. Genouen. in pract. Archiep. Neapol. c. 1. Campan. in diuersis iuris canon. rub. 11. c. 15. nu. 88. cum seq. Vgolin. de potest. Episcop. c. 4. 5. in princ. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore ecclies. p. 3. c. 7. num. 13. cum seq. in 2. edit. & in decis. curia Archiep. Neapol. p. 2. decis. 5. Franc. Leo in thesaur. fori ecclies. p. 3. c. 7. nu. 13. cum seq. Fr. Ludouic. Miranda in man. Pralat. tom. 2. q. 35. art. 12. Mari. Antonin. variar. resol. lib. 1. resol. fin. casu 35. cum seq. & casu 75. Carrasco in aliquas leges noua recop. c. 4. de censur. monit. metipsum de offic. & potestate Episcop. p. 3. alleg. 96 Bonacin. variar. tract. disp. 6. de onere, & obligatione denunciandi. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fore ecclies. cap. 2. Theophil. Raynaud. in tract. de monitorijs ecclies. Ioan. Machado en el perfetto Confessor y Cura de Almas lib. 11. part. 3. tract. 7. docum. 22.

2. Ad finem reuelationis, &c.] Monitoria, quæ sunt ad finem reuelationis pro rebus deperditis, seu subtractis, minimè esse concedenda, quando certæ sunt personæ, resoluunt Franc. Leo d. e. 7. num. 21. Giurba Sicilia decis. 94. Baptista Costa de facti scientia, & ignorant. cent. 2. dist. 55. nu. 2. Lazzar. de monitor. sect. 1. q. 10. num. 6. & sect. 3. q. 1. num. 3. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 235. n. 1. Mart. de iurisdict. p. 3. c. 5. nu. 1. Campan. d. cap. 15. nu. 113. Ego ipse d. alleg. 96. nu. 25. Theophil. Raynaud. d. tract. p. 1. cap. 1. quest. 8. in princ. ^b Præterquam ab Episcopo, &c.] Ergo non ab inferioribus Prælati, Rot. in Burgen. iurisdictionis de Birbesca 11. Februarij 1594. coram Card. Mantica, inter eius impressas decis. 263. num. 3. si Episcopus huiusmodi monitiones excommunicationum, quæ sunt ad finem reuelationis, denegat, licitum esse parti appellare ad Metropolitanum, quamuis resideat in eius arbitrio illas concedere, vt per Quarant. in sum. Bullarij verb. Archiepiscopi auctoritas, auctoritas 1. q. in fine, quem refero Ego ipse d. alleg. 96. num. 4.

3. Monitoriales refero, etiam lite pendente; absque vitio attentatorum concedi posse ab Episcopo, nisi sit inhibitus, resoluit Mari. Antonin. d. lib. 1. resol. ult. casu 36. quem refero Ego ipse d. allegat. 96. num. 5. in fine. Barbof. Collect. in Concil. Trid.

Vicarium Episcopi ex generali cõmissione huiusmodi excommunicationem, seu monitoriales litteras decernere posse tuentur Frechil. de excom. p. 2. art. 2. n. 5. Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 79. nu. 1. Henriq. in sum. lib. 13. c. 17. S. q. Sbroz. de vicario Episcopi, lib. 2. q. 171. n. 2. Gutter. d. c. 11. nu. 8. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. Vicar. §. 17. Suar. 10. 5. disp. 20. sect. 1. n. 2. Sayr. de censur. lib. 1. c. 9. n. 33. vers. primum est. Auila in simili tract. p. 2. c. 20. disp. 2. dub. 3. Curi. Philipp. p. 3. §. 2. nu. 29. Steph. Grat. Marchip. decis. 97. ex n. 14. Iacob. Graff. 10. 1. cons. sub tit. de sentent. excom. cons. 6. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 29. q. 2. n. 16. Lazzar. sect. 1. q. 6. ex n. 1. Franc. Leo d. e. 7. n. 17. Baptista Costa de facti scient. & ignorant. cent. 2. dist. 55. n. 1. 10. 1. Aloyf. Ricc. in praxi fore ecclies. decis. 270. in 1. edit. & resol. 235. n. 4. in 2. edit. Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 8. n. 94. 97. & 98. Narbon. l. 59. glof. 1. nu. 56. tit. 4. lib. 2. Recop. Ioan. Machado en el perfetto Confessor y Cura de Almas lib. 1. p. 3. tract. 7. docum. 2. n. 1. in fin. Ioan. Sanci. in select. disp. 50. nu. 23. vbi aduertit non ideo dixisse Concilium à solis Episcopis decerni posse huiusmodi excommunicationes, quia intendat excludere Episcoporum Vicarios, sed vt repellat omnes alios Prælatos Episcopis inferiores etiam nullus Diœcesis, qui huiusmodi excommunicationes ante Concilium ferre consueuerant.

Contra Vgolin. d. e. 45. in princ. vers. secundò, Camp. d. e. 15. n. 105. & Narb. de appell. à Vicario ad Episcopum, p. 1. nu. 205. quos secutus fui Ego ipse d. alleg. 96. n. 6. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fore ecclies. c. 2. n. 4. Theophil. Raynaud. d. p. 1. c. 1. questio 10. vers. hæc cum rata, existimantes Vicarium Episcopi non posse ex generali cõmissione huiusmodi excommunicationes, seu monitoriales litteras decernere. Vicarium generalem à Capitulo Sede vacante eadem 6. monitoria concedere posse tenent Pauin. de potest. Capituli Sede vacante, q. 1. p. 1. Sayr. de censur. lib. 1. c. 9. n. 33. Lazzar. sect. 1. q. 7. Mart. de iurisdict. p. 3. c. 4. n. 53. Franc. Leo d. e. 7. n. 18. Aloyf. Ricc. d. resol. 235. n. 5. Camp. d. e. 15. nu. 106. Marcel. Vulpe d. e. 2. nu. 6. Theophil. Raynaud. d. p. 1. c. 1. q. 10. Machado d. docum. 2. num. 6. in fine. Ioan. Sanci. d. disput. 50. num. 23. Ego ipse d. allegat. 96. num. 10.

Vicarium foraneum huiusmodi monitoria concedere 7. non posse asserunt Lazzar. sect. 1. q. 5. num. 9. Vgolin. d. cap. 45. in princ. vers. excipiuntur. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 235. in fine. Posse tamen ei delegari ab Episcopo specialiter.

& expressè, & non nisi circumspèctis viris refert decifum Galei in *margarita casuum conscientie verb. littera 2.*

8. Legatum à latere, & Nuncium Apostolicum huiusmodi monitoria concedere posse tradunt Lazzar. d. q. 5. Gutier. d. cap. 11. ex num. 5. Vgolin. loco proximo citato, Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 235. num. 2. Ego ipse d. allegat. 96. num. 11. Raynaud. d. part. 1. cap. 1. quest. 10. in prime.

9. Prælatos ordinatos etiam exemptos Episcopo inferiores, & immediate Sedi Apostolica subiectos, ac nullius diœcesis, non posse hæc monitoria dare, sed oportere illorum subditos ipsam Sedem pro his excommunicationibus in forma *Significavit*, obviendis adire, refertur decifum Vgolin. dicit. cap. 45. in princip. vers. excipiuntur. Garc. dicit. part. 5. cap. 8. num. 95. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 3. e. 17. num. 18. & 19. Campan. d. cap. 15. nu. 107. Marcel. Vulpe d. cap. 2. num. 5. Theophil. Raynaud. d. questio 10. vers. itaque, dicit probabilem Machado d. lib. 1. part. 3. tract. 7. docum. 2. Ioan. Sanci. d. disput. 50. num. 13. prope fin. Ego ipse d. allegat. 96. num. 12.

10. Prælatos Regulares Conventuales in subditos suos huiusmodi monitoria dirigere non posse, resoluit Fr. Emman. quest. regular. tom. 2. quest. 59. art. 4. quem refero Ego ipse d. allegat. 96. num. 13. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælat. tom. 2. quest. 35. art. 12. Hieronym. Roderic. in compend. quest. regul. resol. 62. num. 4.

Rota licet olim facultatem haberet concedendi monitoria generalia cum pœna excommunicationis, quia Auditores sunt Ordinarij in causis sibi commissis, & ideo illa concedere poterant, cap. constitutus, de testibus. Nihilominus post Concilium Trident. non videtur competere talis facultas; nam in hoc de creto cautum est, ut huiusmodi monitoria à solis Episcopis decernantur, ita ex Rota in vna Cordubæ. reddecimarum coram Pœna colligit Theodof. de Kubeis in singularib. Rota verb. monitorium §. 1. pag. 70. part. 2.

11. Testes laicos ad deferendum testimonium veritatis pro curiæ Episcopalis informatione, potest Episcopus sub pœna pecuniaria, & in subsidium excommunicationis citare, vt per Aldan. in compend. canon. resol. lib. 3. tit. 25. num. 10. vbi refert decifum in Lucana 16. Martij 1630.

12. Reuelare tenentur scientes, ita vt non eximantur ab excommunicatione comminata in litteris monitorialibus Apostolicis, quando veritas haberi alter non potest, nec attenditur excusatio respectu affinitatis in hoc casu. Sel. in selectis canon. cap. 10. num. 6. vbi attestatur sic resolutum in Fulginaten. 14. Decembris 1630.

13. Cancellarius pro publicatione, aut monitione *Significavit*, non potest aliquid percipere, vt per Aldan. d. tit. 25. num. 15.

14. Excommunicatus, si in mortis articulo dixit confessione, *Madonna Sanctissima aiuta me*, Ecclesiastica sepultura tradi debet, Sel. d. cap. 10. num. 20. vbi attestatur ita fuisse resolutum per sacram Congregat. Episcoporum in Nolana 19. Julij 1619.

15. Ex re non vulgari. Monitoria huiusmodi pro qualibet parua re decernenda non esse resoluit Henric. in summa lib. 1. cap. 31. §. 4. littera B. Aloyf. Ricc. in d. praxi resolut. 238. num. 1. Marc. Anton. Genuens. d. d. cap. 1. num. 3. Vgolin. d. c. 45. §. 3. in princip. Ego ipse d. allegat. 96. ex n. 26. Nec ad eas concedendas, &c. Hæc monitoria concedenda esse illi, cuius interest, & non alijs, obseruant Marc. Anton. Genuens. d. cap. 1. num. 12. Aloyf. Ricc. in d. praxi decif. 272. in 1. edit. alijs resolut. 226. in 2. edit. Lazzar. de monitor. sect. 1. quest. 9. num. 3. & sect. 4. quest. 1. num. 21. & seqq. Vgolin. dicit. cap. 45. §. 1. in med. Ego ipse dicit. allegat. 96. num. 24.

16. Si verò absque petentis interesse fuerint concessa, esse reuocanda tenent Franc. Leo d. cap. 7. num. 18. Lazzar. d. sect. 1. quest. 9. quos refert, & sequitur Aloyf. Ricc. d. resol. 236. num. 4.

17. In causis verò iudicialibus, &c. Hæc monitoria in subsidium, id est, deficiente alia probatione, vel vbi executio personalis, aut realis fieri non potest, concedenda esse tenent Neufan. in sylua nupt. lib. 3. in verb. monitorie, num. 48. Nauarr. in cap. inter verba corol. 66. 11. quest. 3. Lazzar. d. sect. 1. quest. 15. num. 3. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 1.

18. Per multas pecuniarias, quæ locis pijs, &c. Episcopum

resolut. ult. casu 75. vers. cum quis ad excommunicationem Marc. Anton. Genuens. d. cap. 1. num. 4. Vgolin. d. cap. 45. §. 3. vers. quare, Campan. d. cap. 15. num. 89. & 119. Sayr. in floribus decif. sub tit. de censibus decif. 4. Aloyf. Ricc. in decif. curia Archiepiscop. Neapolitan. part. 1. decif. 219 vbi dicit monitoria posse impetrari contra testes pro scienda veritate pendente causa coram Iudice seculari, & maxime quando testes ignorantur, & num. 4. quod monitoria non sunt concedenda si sint infamatoria alicuius particularis personæ, & num. 6. quod monitoria non conceduntur si sint criminosa, contineant delictum alicuius, aut copia esset consignanda Iudici laico, coram quo lis vertitur, & part. 4. decif. 301. Ego ipse d. allegat. 96. num. 4. & me citato Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico, tract. 11. cap. 8. q. 19. suppos. 1. in princip.

19. Censurarum remedium hodie esse subsidiarium, ita vt si duo in solidum obligentur in contractu, & contra alterum procedi possit realiter, seu personaliter, contra alterum verò non, tunc istum non posse excommunicari, refert Galei. in margarita casuum conscientie, verb. censura 2.

20. Excommunicationem ferendam esse in subsidium, & prius incipiendum ab executione reali, vel personali, resoluit Marc. Anton. Genuens. in practice abilitibus Ecclesiast. quest. 780. num. 3.

21. Hæc non esse de forma huiusmodi monitorialium, nec Concilium in presenti imponere formam, sed tantum tradere instructionem, tenent Mari. Antonin. d. casu 75. vers. in super dicit, & Campan. d. cap. 15. num. 90. argum. text. in l. à D. Pio, §. in vendicatione ff. de rei iud. statuentis modum obseruandum in quavis executione, facienda, hanc pariter admittit interpretationem, vt exequutio aliter facta non subiaceat nullitati, resoluit plures citati per me d. allegat. 96. num. 39.

22. Vnde Nicol. Garc. in addit. ad suum tract. de benefico. p. 5. cap. 5. num. 587. in fine, ait declaratoriam concessam prædictis diligentis prætermisissis non esse nullam, sed iniustam, quia Concilium in presenti non annullat excommunicationem, sine illis latam, ac proinde illam esse inuolidam, & qui tali excommunicatione ligatus, existit, indigere absolutione.

Contra Franc. Leo d. part. 3. cap. 38. num. 22. Gutier. d. cap. 11. num. 39. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 9. num. 33. Lazzar. d. tract. de monit. sect. 4. quest. 8. nu. 7. existimantes Concilium in presenti salutiæram in his monitorialibus formam præscribere.

23. Quando verò in litteris Apostolicis datur facultas excommunicandi morosum in solutione pensionis, non teneri executorem in ferenda sententia excommunicationis seruare formam huius decreti, nec huiusmodi facultatem censeri datam in subsidium, refert decifum Nicol. Garc. de benefico. part. 1. cap. 5. num. 587. vbi tamen in addit. subdit quod licet in vna Illerden. pensionis 13. Novembris 1593. coram Orano, Rota dixisset sententiam Auditoris Camere latam contra resignatarium ob non solutionem pensionis resignanti seruata, fuisse nullam, ideoque reuocandam, quia non fuit in potestate Auditoris Camere per sententiam declarare cum incidisse in censuras comminatas in monitorio, ob non solutionem pensionis, nisi præmissis diligentis requisitis de faciendo executionem realem, vel personalem, iuxta dispositionem huius decreti; hoc tamen asserit esse contra declarationem S. Congregat. & tenorem ipsarum litterarum pensionis, quod ego intelligendum esse cenfeo locum habere, quando Auditor. Cam. procederet tanquam executor in eisdem litteris deputatus. At Rotæ decifio loquitur, vbi procederet vigore obligationis cameralis, qua pensionarius ad pensionem soluendam obligatus existit, in quibus terminis male reprehenditur à Garcia.

Sed licet eis. si expedire videbitur, &c. Circa intellectum horum verborum, vide Ludouic. Pegueram decif. 92. num. 25. Azued. J. 14. num. 2. post med. tit. 1. lib. 4. noua Ræcop. Ioseph. Ramon. consil. 98. num. 3. Franc. Hieron. Leo Valent. decif. 154. num. 15. & 16. lib. 2. Gabr. Pereira Lusti. decif. 117. num. 10. Anguian. de legibus lib. 3. controuerf. 30. num. 2. cum seqq. & num. 29.

24. Per multas pecuniarias, quæ locis pijs, &c. Episcopum

25. Per multas pecuniarias, quæ locis pijs, &c. Episcopum

26. Per multas pecuniarias, quæ locis pijs, &c. Episcopum

27. Per multas pecuniarias, quæ locis pijs, &c. Episcopum

28. Per multas pecuniarias, quæ locis pijs, &c. Episcopum

- pum debere pecuniarias pœnas ad pios vsus erogare, ita quod ipsas non possit conuertere, ne quidem in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarij, vel aliorum officialium curiæ, referunt decimum Praefec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 4. num. 97. in princip. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. Pœna 1.
25. Pœna pecuniaria, quæ arbitrariæ fuerint, locis pijs sunt ab Episcopo omnino applicandæ, reliquas autem, quæ non fuerint arbitrariæ, potest Episcopus ita demum sibi sumere, si ipse egeat, dummodo non sint mltæ pecuniariæ, vel pœnæ non residentium, aut concubinariorum, quas omnes Concilium mandat locis pijs applicare, ita refer decimum Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 5. tit. 1. num. 8.
26. Pœnæ criminales distribuendæ sunt locis pijs ad arbitrium Episcopi, & in pari necessitate melius erit subuenire pauperibus loci, in quo habitat clericus condemnatus, vt per Aldan. d. loc. num. 9. vbi attestatur sic fuisse resolutum per sacram Congreg. Episcoporum in Venusina 21. Nouembrijs 1600.
27. Et non debent erogari pro fabricis Ecclesiæ Cathedralis, vel reparatione domus Episcopalis, ex eod. Aldan. num. 11. citato loco, vbi dicit ita decimum per eandem S. Congregat. in Auerfana 22. Ianuarij 1591.
28. *Personarumque distributionem per suos proprios, &c.* Episcopu propria ordinaria iurisdictione cognoscere causas etiam contra laicos per bonorum apprehensionem, & personarum distributionem, & ita posse familiam armatam tenere, per quam prædicta exequi valeat, tradunt Roland. consil. 37. num. 23. lib. 4. Surd. decis. 129. nu. 11. & 12. Gondifala de heretic. quest. 11. num. 16. Laeli. Jordan. in tract. de Rom. Sed. orig. part. 2. cap. 3. ex num. 18. Fufc. de visitat. lib. 2. cap. 32. num. 16. Villadieg. in tract. de irregular. quest. 11. num. 16. & 17. Sbroz. de offic. Vicarij quest. 191. num. 1. Penia in direct. Inquis. part. 3. lib. 2. schol. 114. Franc. Mojn. de brachio seculari c. 18. Vgolin. de officio Episcopi cap. 4. §. 12. Farin. de heretic. quest. 182. num. 90. in fine, vers. ampliatur hoc idem. Cardin. Tafch. pract. conclus. littera E. conclus. 253. Matta de iurisdic. part. 1. cap. 51. num. 10. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 3. resolut. 1. 4. num. 1. 2. & 3. Bellef. disquisit. clerical. part. 1. tit. de fauore clericor. reali §. 1. num. 18. Ioan. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiæ part. 1. cap. 9. num. 24. Ioan. Vincent. Anna. fing. 171. Alex. Rauden. Resana decis. 34. Campan. in diuersis iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 87. & 88. Alber. Oliua in ritu Archiepiscopi Neapolitan. 38. num. 3. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 107. num. 1.
29. *Nefas autem sit seculari, &c.* An per hoc decretum videantur prohibita tuitiæ appellantes? Negant Bartholom. Humada l. 13. gloss. 4. tit. 13. part. 2. Vivald. in Candel. aureo part. 2. in explicat. Bullæ in Coena Domini, casu 16. ex num. 114. latè Azeued. l. 2. vers. item, & decimo quarto tit. 6. lib. 1. noua recop. me citato Ludouic. à Saraua de iurisdic. Aduentor. quest. 30. num. 34.
30. Circa abusum illum recurring ad iudices laicos, ad hoc vt vim comprimant iudicium Ecclesiasticorum, eoque compellant ab ea inferenda cessare, latè dixi in collectâ ad cap. Ecclesiæ S. Mariae, num. 7. cum sequentibus, de constit. & plures Doctores, qui horum recursuum iustitiam tueri nituntur, citavi in collectâ ad cap. Regum officium 2. quest. 5. num. 2. quibus addo plures alios, quos refert Ludouic. à Saraua in tract. de iurisdic. Aduentor. quest. 30. ex num. 1.
31. Et mirum est videre, quomodo isti Doctores se inuolant in responsionibus, quas præstant ad hoc Concilij decretum. In primis enim Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 102. littera A. vers. parique ratione, respondet vt procedat, quando seculares magistratus, tanquam iudices appellationis, veluti iurisdictione spiritualibus videntes, intenderent excommunicationem reuocare, aut temperare, secus autem, inquit ille, si ad tollendam vim ab Ecclesiasticis iudicibus illam dicto remedio, & recursu vterentur; sed hanc assertam explicationem Concilij verba expressa adhorrent.
32. Vnde Gasp. Roderic. de annuis redditibus lib. 1. cap. 17. num. 73. ad med. reprobato Salzed. citato loco, existimat, quod ea Concilij verba videntur pertinere ad violentiæ decreta, nisi dixeris, inquit ille, verba Concilij non comprehendere suprema Regia tribunalia, sed magistratus dumtaxat, & iudices inferiores, quibus hæc cognitio per viam violentiæ iure non competit, sed hoc est diuina re.
- Pessimè citati à Ceuall. commun. contra commun. tom. 4. quest. 893. num. 126. intelligunt quando iudex secularis intendit cognoscere principaliter, vel incidenter in casu appellationis de sententia lata Iudice Ecclesiastico; vel si potuit, vel non potuit Ecclesiasticus cognoscere, vel excommunicare, non autem quando ipse cognoscit per viam violentiæ.
- Quidam putantes se nouum sensum illius decreti inuenisse, arroganter asserunt illud generaliter loqui, vt nullus iudex de facto impediatur, perturbet excommunicationem, non vt iudex appellationis, sed quomodolibet impedire voluerit quocunque genere impedimenti, & perturbationis, siue occasione iurisdictionis, siue de facto mittendo saltem in messem alienam, aut iurisdictionem Ecclesiasticam vsurpando, & concludunt, quod cum Concilium generaliter loquatur, nullo modo intelligitur, nec disponit de huiusmodi recurfu, quem specialissimum iuris remedium vocant, & sic quod talis defensionis facultas non comprehenditur sub hoc decreto, auri sunt asserere Vivald. in Candel. aureo, in explicat. Bullæ Coena nu. 109. & p. 2. casu 16. ex nu. 114. Humada l. 13. gl. 4. in verb. nin fuerat tit. 13. p. 2. Bobadil. in sua Politica lib. 2. cap. 18. num. 139. & cap. 16. num. 9. Ceuall. in Epistol. ad Regem num. 94. & commun. contra commun. tom. 4. quest. 897. num. 133. Cened. pract. & Canon. q. lib. 1. q. 45. num. 2. & præcipuè sub num. 7. & sub num. 60.
33. *Obscurato corde.* Vt dicatur contracta infordescencia per annum in excommunicatione ad effectum priuationis beneficiorum requiri perseverantiam, cum animi pertinacia, que includat contemptum Clauium, probant cap. bone, de atat. & qualis. cap. cum contumacia, de heret. in 6. Rot. in Osten. Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Illustrissimo Cardin. Lancellootto, impressa per Fatin. tom. 2. consil. decis. 196. num. 5. & in ead. 4. Maij 1607. coram Cardin. Pamphilio, apud Farin. decis. 132. num. 7. part. 1. recepta, quas refert Ricciul. d. lib. 4. cap. 8. num. 3. vbi num. 4. infert, quod ad effectum docendi de infordescencia, opus est docere in primis excommunicatum habuisse notitiam excommunicationis, & num. 5. subdit, quod is, qui intra annum institit pro absolutione, non potest dici, quod perseverauerit in excommunicatione per annum, & num. 9. resolut non posse dici perseverasse in excommunicatione, & consequenter contraxisse infordescenciam, qui fecit diligentias pro obtinenda absolutione, & obtinere non potuit.
34. *In illis per annum inforducit, &c.* De infordescencibus per annum in excommunicatione, vide Duen. reg. 53. vers. amplia quariò. Couar. in cap. alma mater part. 1. §. 7. ex num. 10. Simanch. de Cathol. instit. cap. 14. ex num. 2. & cap. 27. num. 4. Fufc. de visitat. lib. 1. cap. 29. num. 2. Marant. de ordinar. iudic. part. 6. cap. de contumacia num. 35. Rebuff. in repetit. cap. postulasti, de cleric. excommun. minist. num. 108. cum sequentibus, & in praxi benefic. tit. Declaratio noua prouis. verb. Teque absolventes, num. 10. Perez l. 1. vers. & excommunicatus persistens, tit. 5. l. 9. in gloss. verb. estiuire descomulgado tit. 19. lib. 8. Ordinar. Azeued. l. 14. num. 14. tit. 1. lib. 4. noua recopit. Humada l. 32. gloss. 2. à princip. tit. 19. part. 1. Menoch. de arbitrar. casu 416. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 116. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Clericus, pag. mibi 78. ad fin. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. q. 103. art. 3. in fine, Seraphin. decis. 1285. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. num. 103. cum sequentibus. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 119. num. 2. cum sequentibus. Marc. Anton. Genuen. in pract. ab. Ecclesiæ. quest. 712. latè Anton. Ricciul. de iure personarum extra grem. Ecclesiæ existencium, lib. 4. cap. 7. & 8. Parlad. differ. 9. §. 2. num. 5. vbi ait quod contra eum, qui per annum in excommunicatione inforducit tanquam suspectum de heresi procedi ab Ecclesiastico iudice posse, Alex. Trentacinq. tom. 2. consil. 51.
35. Clericum persistentem contumaciter per annum in excommunicatione lata propter crimen, quod infert pœnam

- pœnam priuationis, esse priuatum ipso iure beneficijs, tenent Rebuff. in d. cap. postulasti, num. 247. Couarr. in d. cap. alma mater, pars. 1. §. 7. sub num. 10. Seraphin. decisio. 1285. sub num. 1. Ricciul. d. cap. 7. num. 3.
36. Pro causa verò merè ciuili, nempe ob non solutionem pensionis, vel ex alia simili causa, persistentem per annum in excommunicatione nec esse priuatum ipso iure, nec posse priuari per sententiam, tradunt Rebuff. in dict. cap. postulasti, ante num. 243. Seraphin. d. decis. 1285. in fine. Gonzal. d. gloss. 15. ex num. 103. Stephan. Gratian. citato loco, Ricciul. d. cap. 7. num. 14.
- Contra Bosch. Codech. in repit. cap. 1. num. 12. de iudic. & Menoch. d. casu 416. num. 52. & 53. existimantes posse priuari per sententiam.
37. Per annum, Continuum scilicet, nec sufficere, si quis steterit semel per sex menses in excommunicatione, & deinde obtenta absolutione cum reincidentia post absolutionem steterit per alios sex menses, tenent Nauarr. consil. 7. num. 3. de heres. Menoch. de arbit. casu 416. numer. 55. Rebuff. in d. cap. postulasti num. 252. Seraphin. d. decis. 1285. num. 5. Rot. in d. Qsœn. coram Illustrissimo Lancellotto Ricciul. d. cap. 8. num. 1.
38. Tanquam de heresi suspectum, Comprehendere excommunicatum, tam ex causa criminali, quam ex causa ciuili, cum paulo supra statuerit ob vtramque posse excommunicari, resoluit Menoch. de arbit. casu 416. nu. 54. Quando agitur cōtra infordecentem, vti suspectum de heresi faciendum esse processum ab Inquisitoribus super hæretica prauitate deputatis, & debere citari ad se purgandum iuxta formam traditam in d. e. cum cōsumacia, resoluunt Seraph. d. decis. 1285. n. 3. & 4. Ricciul. d. e. 8. n. 11. & 13. vbi etiam eod. num. 11. cum Marefcott. var. lib. 2. cap. 35. num. 61. subdit ad effectum priuationis in causa qua illam meretur, satis esse, quod in excommunicatione infordeuerit, & non eise necessariam aliam citationem. Sed optimè ex Rotæ decisionibus Theodos. Rubens in singulari. Rota rom. 2. pars 3. sub verb. Menochius §. 1. pag. 202. sic distinguit. Aut excommunicatio lata fuit propter crimen quod ipso iure priuat clericum beneficio, & tunc per infordecentiam habetur pro confesso, & censetur ipso iure priuatus. Aut excommunicatio lata fuit ob crimen propter quod non est priuatus beneficijs ipso iure, sed venit per sententiam priuandus, & tunc poterit post contractam infordecentiam priuari. Aut crimen est tale propter quod nullo modo potest imponi pœna priuationis, puta ob debitum ciuile pensionis, & tunc nunquam ob infordecentiam imponetur pœna priuationis, sed alia arbitraria.

Episcopi, & alij Prælati, & superiores Ecclesiarum curent in suis Ecclesijs, vt Missæ celebrantur, aut saltem commemorationes pro defunctis, qui legata fecerunt, pro illorum anima fiant, eo meliori modo, quo ipsi videbitur, prouidentes, ne defunctorum animæ suis defraudentur suffragijs.

C A P V T I V.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Episcopus potest ex hoc decreto reducere numerum anniuersariorum, & officiorum pro defunctis.
- 3 Missarum & anniuersariorum numerum qua prescribuntur etiam in donationibus, & alijs actibus inter viuos reducere potest Episcopus.
- 4 Annuersaria in totidem Missas commutare potest Episcopus.
- 5 Missarum numerus moderandus iuxta vires legati.
- 6 Testator si reliquit centum aureos pro centū Missis celebrandis in tali Ecclesia pro anima sua, si augetur elemosyna præstanda Sacerdotibus tenetur hæres data capacitate hereditatis supplere mercedem.
- 7 Missas in fundatione Ecclesiæ, seu capellis erectis in titulum non potest reducere Episcopus.
- 8 Missas reducere non potest Episcopus in beneficijs requiruntibus in sui fundatione certum numerum Missarum.
- 9 Prælati non possunt diminuerè Missas particulares votiuas, vel pro defunctis, nisi habeatur consensus eorum, quibus illæ debentur.
- 10 Episcopus habet facultatem in hoc decreto sibi tributam iuxta interueniente causa.
- 11 Onera Missarum ante Concilium imposita, non verò post illud sunt reducenda.
- 12 Missarum numerum non potest Episcopus absque Synodi consensu commutare, vel moderare.
- 13 Commemoratio defunctorum piè testantium faciendæ est in numero Missarum, seu anniuersariorum, qui ex reductione remanet.
- 14 S. D. N. Urbanus VIII.
- 15 Episcopi in diœcesana Synodo, & Generales in Capitulis generalibus iam non possunt reducere onera Missarum.
- 16 Pecunia locis pijs, ac eorum personis relicta onere perpetuo Missarum celebrandarum penes eadem sacram, vel personam, &c. deponenda.
- 17 Missarum perpetua cura non suscipienda sine certarum personarum licentia in scriptis, &c.
- 18 Sedes Apostol. est aduenda pro reductione oneris in legato tenui impositi.
- 19 Beneficiarius si tenetur quotidie celebrare, & beneficij redditus non sint pro illius victu sufficientes, datur supplicatio in dataria.
- 20 Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione vnius Missæ qualibet hebdomada potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri cum elemosyna consueta.
- 21 Capella est erigenda secundum testatoris voluntatem in loco Ecclesiæ, & non in alio.

Contingit sæpe in quibusdam Ecclesijs vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum, ex varijs defunctorum relictis impositum esse, vt illis pro singulis diebus, à testatoribus præscriptis, nequeat satisfieri, vel elemosynam huiusmodi pro illis celebrandis adeò tenuem esse, vt non facile inueniatur, qui velit huic se muneri subijcere, vnde depereunt piæ testantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus, cupiens hæc ad pios vius relicta, quo plenius, & vtilius potest, impleri, facultatem dat Episcopis, vt in Synodo diœcesana itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinibus, vt in suis Capitulis Generalibus, re diligenter perspice-
cta, poi-